



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioan. Crombecii Societatis Iesv Presbyteri De Studio
Perfectionis Libri Dvo**

Crombecius, Johannes

Mogvntiæ, 1614

XLII. Formula spei exercendæ, ad res maxime difficiles superandas,
operaque heroica exercenda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51132)

perpendat & ruminet, totam denique fiduciam & diffidentiam sui & impotentiam in eum proiciat. Is si montes non transferat, solem non fistat, demones profecto ex animo suo & aliorum propellet, cum omnium vitiorum caterva; & longe maiora efficiet, quam si, virgam Moysis manu tenens, prodigia omnia Ægypti iterato renouaret.

CAP. XLII.

Formula spei exercenda, ad res maxime difficiles superandas, operaque heroica exercenda.

239. **Q**uid ergo nobis timendum est, cum longe plures à nobis stent, quam aduersum nos? & sane Dei virtus & potentia, coniuncta simul eius beneuolentia, instar esse debent omnium; ipse etenim & nobis bene uult, & in nobis de hostibus suis cupit triumphare.

Si igitur exurgat tentatio, formula nimirum fortiter agendi tradenda est, aliquot cautionibus comprehensa; quarum prima hæc est: Si, inquam, persecutio excitetur contra te, si iniuria inferatur, si impingatur calumnia, si contumelia tibi coram affingatur, cum magnæ confusionis aq; ignominia rubore, si quis te etiam percutiat; illico (quod omnium primum esse debet) ad Dominum te conuerte: huius enim defectu minima occasione oritur in nobis maxima perturba-

Cautio prima. Modus ac ratio aduersa tolerandi.

SSf 5 tio,

tio, quam tamen generosus pugil nullo modo debet admittere.

Principiis obsta, sero medicina paratur,

Cum mala per longas invaluere moras.

&: *Turpius eicitur, quam non admittitur, hostes.*

Vrget enim horrende dolor iraque, ex quibus illa perturbatio conflatur: sollicita hæc ut loci in te inventa; pulsat, instat, pertentat an repulsam passura sit: quod si te non opponas, tuam quasi in possessionem furibunda penetrat. Ut ergo non admittatur, memo esto orationis illius quam inter iaculatorias reposuimus; ut in primis sic preceris cum D. Paulo: *Domine, quid mihi facere? & Dominus ad te: Expecta Dominum, firmiter age, & confortetur cor tuum, & sustine Dominum.*

*Act. 9.
Psal. 26.*

Vult Deus in primis, ut cogitationes actiores, quæ instant & vrgent, tranquillitatem tuam ac pacem turbaturæ, suspendas; cerro tibi persuasens, eam Dei esse voluntatem, idque omnino exigere, ut nimirum id temporis altè de re cogites, ipsam audas, expectes eius consilium, ipsum sustineas: teque obtestatur ut id facias per omnia sacra, & beneficia quæ tibi vniquam contulit, de eius auxilio nihil dubitare hoc de euentu rei exploratum habeas, quod optime rebus tuis consulet, insuriam ulturum ipse, tui, ut pupillæ oculi sui, rationem sit habiturus.

In hac appetentis pugnae acie retundenda magna vis consistit: in hoc maxime puncto (in aliquo) insigne PERFECTIONIS elucet argumen-
rum

num. Quoniam primi motus in nostra potestate non sunt, longaque homini experientia ad eos exorientes opprimendos opus est; magnus usus ac necessitudo inter DEVM & hominem inter: cedat necesse est, ut hunc ineuntis pugnae furorem quispiam acercere ac sustinere valeat.

Sed qua ratione postulantis Domini desiderio, constanter ut resistas, respondebis? Hanc rationem suggerit Psalter Regius; ut nimirum statuas ac dicas, quod & dixit ipse tali casu: *Psal. 38.*
Dixi, Custodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea. Posui ori meo custodiam, cum consisteret peccator aduersum me. Obmutui, & humiliatus sum, & filii à bonis. Optima resolutio, Deoque gratissima, iniuriam vero patienti vtilissima. Tace, nec de bonis quidem loquere. Omnino tace, si fieri potest. Si loquendum, caue ne initio refutes calumniam: alioquin primum, *de sustinendo Domino*, præceptum non seruabis, in tui defensionem plus æquo incensus. Quod si ex naturæ imbecillitate dolorem animi impedire non possis; tum ad Deum intentius conuertere, cum Propheta dicens: *Redde mihi, Domine, latitudinem salutaris tui, & spiritu principali confirma me.* Si vero Dei ope hoc primo congressu victoriam potiaris, id de te statuo: *Dimidium facti, qui bene cœpit, habet.* Potiores partes in hostem obtinisti.

Verumenimvero, etsi utcumque pacem retineas, natura tamen natura est; nec potest tentationem aut persecutionem non perferre
 non

non utcumque affligi: nec persecutor impotens idcirco ab incepto desistet. Patientia & constantia opus erit, imo & magnanimitate.

Si vero contingeret perturbationem, inquam aliamue affectionem animum penetrasse, eoque tranquillitatem ac pacem ob peccatum commissum turbasse; ne animum propterea ab incepto sed te facti admissi poeniteat: tum rursus incepto & alacriter perge, iuxta ea quæ nunc subieciimus. Quod etiam seruandum est, si eadem culpa in progressu contingeret: fragiles enim & debiles sumus; quod per infirmitatem admittimus, facile à Deo indulgetur. Imo eidem displicent, si totum abiiceres: & nihil aliud cacoethem ostendebat, dum te in eam perturbationem incidere moliebatur.

Cautio 2.

Altera cautio est, ut Deo accedens te eius beneplacito plane resignes ac subicias; eique gratias agas, quod te dignum faciat aliquid profectus eiusque nomine perpetuendi: nec ab eodem recedas, quin animi quietem in hac resolutione nactus sis.

Cautio 3.

Tertia cautio. Maximam tui diffidentiam concipies: solet enim vana gloria atque arrogantia, ubi vel minimus successus affulget, illico reperere, finesque vani sese ingerere; quibus animus commendationes hominum ac auram popularem subolfacit; & admirationem eorum considerans, rem agendam quidem concipit, sed non eo modo, quo principio statuerat. Diffidens ergo, & quam demississime de se rebusque suis

suis sentiens, Deo commendet hanc sui diffidentiam: quam si sartam tectam obrineat, accipiet, & quidem magna grati animi significatio-
ne, tamquam donum singulare de manu illius; rogans pro futuro, inanem vanitatem hanc sic comprimere dignetur, tantumque odium in illam ingenerare in animo, ut nullum hostem reputet capitaliorem, nullum malum pestilentius, subdola illa voluptate, quæ operi tanto, quod aggreditur, se substernere conatur, quod suo tempore auctum diruat plane atque subvertat.

Adde & quartam: Patronos tuos tutelares *Cautio 4.*
esse in auxilium aduocandos. Accedas in primis supremum illud votorum omnium subsidium Dei Matrem; eique supplex identidem & continenter negotium tuum commenda ac committe: non enim satis est id semel, iterum, iterumque fecisse; ceteris id præstandum est, multis diebus, annis: & lustris, si difficultas vel res superanda vel perficienda tam diu duraverit. Item Angelum tuum præsidem precare. In hunc finem tua omnia opera referas. Adhibe orationi ieiunium, & si liceat, etiam Eleemosynam; nec finem facias, donec Dei manum apertam eiusque extenta ad tibi opitulandum brachia videris.

Quinta. Adhibe interea diligentiam quidquid *Cautio 5.*
poteris; sapientum utere consiliis: caue tibi à passione, quæ in re adeo sublimi nouercam sese exhibet, non veram heroicæ actionis matrem: exclu-

excludit mansuetudinem & patientiam, Deum dispositionem abruptit.

Cautio 6.

Sexta. Spem omnem in Deum conice, qui paratior est ad te iuuandum, quam hostes ad te oppugnandum; ab eo media hostem propellendi exposce. Reminiscere tibi ab Isala aquilaz esse datas; vt ad ipsum consilia opemque accpturus transuoles. Apprehende manibus brachiis Deum adiutorem tuum, facinorulustrium auctorem tene fortissime; certo scis tot gradibus te Deo fore viciniorem, tot accessionibus spem tuam auxeris ac curam. Certe dici non potest, quantum ab eo hominis reportaturus sis. Hostem tuum ex alto ac potiori loco inopinato circumuenies; tunc que prius prospexeris, quam is tibi nocere potuerit.

Isaia 40.

Certissime deinde tibi persuadeas, longelicilius esse, cum iniusto ac maligno, quam cumque callido ac subdolo, Deo adiutore confingere, quam cum eo qui ratione iustisque tuis nisi nititur, etsi potentia altero longesit inferior. Testimonio enim optimo conscientie tue tibi robur accedit, & iustitia cause miram parit constantiam.

Cautio 7.

Septima. Siquid ex voto contingat, caue ne extollaris, quasi meritis tuis aliquid euenerit; sed impense Deo gratias habe, cuius ope feliciter choasti. Time semper rei exitum; qui longestior erit, si tua culpa aut superbia, post tot susceptos labores, infeliciter in caput tuum deuoluatur.

uatur. Non queruntur, ait Hieronymus, in *Christia-* *Epistola ad*
Furiam 10.
cap. 2.
Cautio 8.
 nis inuita, sed finis.

Octaua. In omnibus medijs, quæ adhibes, *cap. 2.*
Cautio 8.
 prudenter agas. De aduersario aut bene, aut non *Matth. 5.*
 male loquaris. Recordare huius consilij Domi-
 nici: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt
 vos, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos:
 ut sitis filij Patris vestri, qui in caelis est: qui solem suum
 oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos &
 iniustos.

Nona. Illud in postremis æstimari non debet *Cautio 9.*
 ut expugnata difficultate gratias Deo sæpius re-
 feras: ut intelligat te arbitrari ac sentire, non
 ipsum, sed te beneficium accepisse: qui plus ho-
 noris beneficiique tibi detulit; etiam multa eius
 causa patienti, quam merebare.

Denique si nihil succedat adhibita omni dili- *Cautio 10.*
 gentia; ne idcirco animum contrahas, aut suc-
 censeas: cogita ipsum omnium esse Dominum;
 tibi gratum acceptumque esse debere, quidquid
 in oculis eius bene visum fuerit; conscium ipsum
 esse omnium quæ passus es; experiri hac ratione
 constantiam tuam; difficile ipsi non esse, aduer-
 sos casus in felicissimos successus conuertere; æ-
 ternis rationibus ac consilijs alia intendere, &
 hoc rerum euentu disponere ac viam sternere:
 delictis tuis ac peccatis hanc probationem de-
 beri; post tenebras diem elucescere: denique in-
 ter virtutes eam non esse minimam, quæ resi-
 gnatio vocatur, seu conformatio nostræ cum
 Dei Optimi Maximi voluntate. Et hæc quidem
 de difficultate superanda.

240. Eadem ratio seruari debet, quando propter alicuius momenti aggredimur: hac scilicet differentia, ut loco primæ & secundæ cautionis Deo offeras opus quod aggredi de creueris, humiliter eius beneplacitum exposcens: cuius Spiritu ducte si sentias suscipiendum, illum tibi finem præstare, qui Deo placeat, cedatque eius gloriam: illique toto corde, summa cum demissione, offeras, dedas, ac consecres, adhibitis de cetero aliis cautionibus iam explicatis.

C A P. XLIII.

Exempla quedam illustria, quibus homines in Deum confidentis omnipotentia ostenditur.

241. **H**Æc itaque ratio est, qua sancti Patres nostri euasere omnipotentia summe de se ipsis diffidentes, summe de gloria Dei solliciti, nec minus de superbia sua retundenda, de seipsis abiiciendis, deprimendis, calcandis: eius præsidio plane subnixi, qui sperantibus in se non deest. Utinam homines hanc artem perdiscerent! Principes sane orbem breui subiugarent, atque imperio suo aduicerent: raro subditos haberent rebelles. Sic enim Iosue in exiguo spatio totius Palæstinæ Reges deuictos terram promissionis possessionesque occupauit & Israelitis distribuit: summaque pace stabilita cum toto populo conqueuit: sic Dauid Regem circumstantes populos, qui post memoriam hominum perpetuo Dei gentem afflixerant, bel-

Exempla.

Iosue.

Dauid.